



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

51. De Iuliano au[un]culo Iuliani Aug. qui cùm preciosa vasa abstulisset, Ecclesias clausisset, & clericos omnes effugasset, admirabilem Dei vindictam expertus est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

604 COLLATION. SACRAR.
tius, & reddita villa, sexcentos aureos super
tumulum sancti deponite. Est enim miles
quod reddita tribuat agrotanti medentem.
Quod audientes homines eius, accepta po-
nitia fecerunt, sicut eis fuerat imperatum, Re-
diderunt agrum, solidosque super sepulchrum
serui Dei posuerunt: sed cum hoc fecissent, sta-
tim illi in loco quo erat, spiritum exha-
lucratumque est detrimentum animæ per ac-
quisitionem acquisitionis inique. Episcopus
obtinuit ultionem de inimico Ecclesie, qui
promiserat futuram per athlete Dei virtutem.
*Ex histor. Ecclesie. Tripart. lib. 6. cap. 10. Iulianus
auunculus Iuliani Aug. cum preciosis Ecclesie
sa abstulisset, Ecclesias clausisset, & clericos
effugasset, admirabilem Dei vindictam
patitur.*

CAP. LI.

Iulianus auunculus Iuliani Imperatoris
id studium habuisse, ut in thesauros Imperatoris
ratorios plurima & preciosas Ecclesie Antiochene
vafa reconderet, & clausisset Ecclesie
& vniuersos clericos effugasse, & solum
Theodoricum stetit presbyterum. Quem
tanquam vaforum custodem comprehensum
crudeliter sauciasset, nouissime præcepit
dio occidi. Qui fortiter inter vniuersos
ta respondit, & pro dogmatis confessione
uicit. Quumque vniuersa Deo dicata vafa
pallia collegisset, proiciens hæc in terram

LIBER V.

609

contumelijs & iniurijs, vt voluit afficiens
Christum, super ea etiam sedit, & cumulum
auxit iniuriarum. Moxque verenda eius & lo-
cafemoribus circumposita feruntur esse per-
cussa, & ad tantam peruenit putredinem, vt
vermes procrearentur, medicis laborantibus
vincere affectionem. Conficiebantur enim o-
mnimoda preciosaq; medicamina ex pingui-
bus volatibus, vt eorum pinguedine corrupta,
& putria membra linirentur. Hoc facto ver-
mes ad superficiem prouocabant, quia in pro-
fundo ebullientes, per viuas serpebant carnes.
Et donec moreretur, nō fuit ab hac affectione
securus. Hoc itaque claruit diuina indigna-
tione factum, cum etiam custodes imperialiū
thesaurorum, & alij plurimi aduersus Ecclesias
inurgentes, inopinata & miseranda morte
defuncti sint, quasi superna indignatione
damnati.

*Ex hist. Ecclesiast. Tripartit. lib. 6. cap. 32. De Iu-
liano prefecto, qui impudenter contra sacrum alta-
re iurauit: & de Felice & Elpidio, sacrilegis, eo-
rumque horrendo imeritu.*

CAP. LII.

Um sub Iuliano Apostata, iuberetur va-
sa Ecclesiarum sacra fisci grario deputari,
sublati ianuis Ecclesie maioris, quam Con-
stantinus edificauerat, fit cunctis accessibile
sanctuarium, Ingrediente siquidem Iuliano
prefecto Orientis Ecclesiam, Felix præpositus

Cc 2 rega